

Extenditur quartò, vt locum habeat etiam quando
 36 alienatio fit post conclusionem in causa. Ita ego ipse
 respondi in conf. 670. lib. 7. reiecta opinione Affl. et. in d.
 rubr. 41. nu. 23. & inter multa dixi in conf. 820. lib. 9. quò
 si impeditur alienatio etiam lata sententia, vt scribunt
 Io. Fabr. in l. 2. C. de litig. off. & Gomez. in reg. Cancellar.
 de annali possessore, q. 44. vers. 3. ista opinio, multò
 magis impedit post conclusionem in causa tantum facta:
 & sic ante sententiam, cum tunc magis pendere dicatur
 lis. Non hic repetam alia à me eo in responso scripta.
 Declarator primò, vt non procedat certis in aliena-
 tionibus quæ censentur permixta etiam lite super rebus
 ipsi pendente. Et primò quidem quinq; in casibus
 enunciatis in l. vlt. C. de litig. Quorum prius est dotis,
 37 qui intelligitur siue agatur de ea constituenda, siue re-
 stituenda, vt interpretati sunt Ang. in auth. de litig. in
 prin. Natta in conf. 401. nu. 1. Robertus Lancellotus
 in tract. de attentatis, in prima parte, c. 4. nu. 456. Secu-
 38 dus est donationis propter nuptias, quæ in multis à pa-
 39 ti procedit cum ipsa dote. Tertius est transactionis cum
 eo etiam qui hinc cum tertio, vt declarat gl. in d. l. vlt.
 C. de litig. Natta in d. confil. 401. nu. 2. & Lancellotus
 in d. c. 4. nu. 467. Quartus est diuisionis cum eo cum
 40 quo res communis est, vt declarat Lancellotus in d. c.
 4. nu. 469. qui dixit hanc esse translationem factam cum
 rerum vniuersitate, quæ & si litigiosa res est, transferri
 tamen potest, vt scribit Ioann. de Milis in repertorio,
 in verbo, litigiosa res, & in specie id affirmarunt per-
 multi, quos recenset & sequitur Caphalus in confil. 64.
 nu. 15. lib. 1. quintus est casus commemoratus in d. l.
 41 vlt. in fi. C. de litig. nempe legati & fideicommissi. Sextus
 adiungitur casus, quando vni fuit res litigiosa cum
 42 altero tertio adjudicata. Non enim tunc quoad ter-
 tium dicitur commissio pena contra eum, qui per senten-
 tiam suam coactus in aduersarium suum rem transferre.
 Ita probant l. pe. ff. de petit. her. & l. is à quo. ff. de rei vè-
 di. Hæc translatio facta dicitur volente, & permittente
 iudice, ob id valet, vt scribunt Ang. & Castr. in l. Diuus.
 ff. de petit. hæreditatis. Cepolla in cautela 191. Res. Af-
 fic. in commentarijs ad constitutiones Neapol. rub. 41.
 De alienatione rerum in iudicio deductarum, nu. 26. qui
 intelligit, quando iudex iustus de causis consensit, Pere-
 grinus in tractatu de iure fisci, lib. 4. tit. 6. nu. 26. qui ta-
 men nu. 38. scripsit, requirit superioris confirmationem.
 43 Septimus est casus, quando alienatio est necessaria,
 sicuti est illa, quæ fit per bonorum publicationem. Ita Laf-
 freedus, Bald. in decif. 86. & Lancellotus in d. c. 4. nu.
 474. & si hoc in casu dissentit Affl. et. in d. rubr. 41. nu. 31.
 & de alijs alienationibus necessarijs idem scripsit Affl.
 in d. rubr. 41. nu. 28. Verum dissentit Peregrinus in d.
 tit. 6. nu. 42.
 44 Octauus est casus quando litigantes ipsi consenten-
 runt alienationi. Ita Bal. & Castr. in l. 1. C. comm. diuid.
 & Peregrinus in d. tit. 6. nu. 26.
 Declaratur secundò, vt non procedat in alienatione
 45 rei litigiosæ facta tertio hæc enim iure valet. Cum re-
 spectu ipsius tertij res non dicatur affecta vitio litigiosi.
 Ita Bart. in l. 1. ff. de litig. Bald. in l. cogi, C. de petit. hæ-
 red. & in l. 2. vers. adde, quod vbi cunque, C. ne liceat po-
 tentio. Ang. in auth. de litigiosis, col. 1. Curt. Sen. in conf.
 79. nu. 9. Olaus. in decif. 144. nu. 7. & hos secutus est Lan-
 cellotus in d. c. 4. nu. 527. & his accedit Affl. in d. rubr.
 41. nu. 25. & 29.
 Declaratur tertio, vt locum non habeat quando alie-
 46 natio facta fuit perempta instantia causa. Ita Affl. in
 d. rubr. 41. nu. 24.
 47 Declaratur quartò non procedere in alienatione fru-
 ctuum tantum. Ita Affl. in d. rubr. 41. nu. 33. qui dixit quò
 & si res ipsa litigiosa est, non tamen rei fructus.
 Declaratur quinto, vt locum non habeat, quando cui-

48 denter constat de non iure aduersarij. Ita Rota Rom.
 in decif. 2. in fine. de rerum permuta. in antiquioribus,
 Cassadorus in decif. 7. in tit. de dolo, & contumpa. & in
 decif. 5. nu. 3. in tit. vt lite pend. Gomez. in regula can-
 cellariæ, de annali possessore, q. 45. lo. Baptift. Ferret. in
 conf. 12. nu. 6. & Lancellotus in d. c. 4. nu. 472. & idem co-
 piosius in eodem c. 4. in 4. limitatione, & idem ego ipse
 respondi in conf. 79. nu. 27. lib. 1. Et his accedit Affli-
 ctus in d. rubr. 41. nu. 34. cum dixit litigiosi vitium pe-
 dere à futuro euentu, si declarabitur, quod iustus sit
 rit mota. Et Affl. secutus est Pasethus in conf. 197. in fi-
 ne sentit Affl. et. quod quando etiam pendente lite, con-
 staret aduersarium per calumniam agere, non impedire-
 tur rei alienatio.
 Declaratur sexto non procedere, quando res litigio-
 49 sa iam fuisse semel alienata, & reuocata minime fuisse.
 Nam si iterum alienetur, non impeditur hæc secun-
 da alienatio. Ita Lancellotus in d. c. 4. nu. 483. qui co-
 piosè explicat.
 Declaratur septimo non habere locum in re litigiosa
 50 alioqui tempore peritura. Ita Lancellotus in d. c. 4. nu.
 486. ex sententia Alex. in annot. ad Bar. in l. vlt. C. de litig.
 & his accedit Cepolla in caut. 191. Res litigiosa. &
 Antonius Bouerius in singulari in verbo, vitium litigio-
 si, qui tamen intelligunt, quando iudicis permissione, &
 consensu fit alienatio, quæ de re diximus etiam supra.
 Declaratur octauo non procedere, quando lis fuisse
 51 mota per falsum procuratorem. Ita Lancellotus in d.
 c. 4. nu. 490. post Olatum in decif. 144. nu. 8.
 Declaratur nonò non habere locum quo ad dominij
 52 acquisitionem, quæ quam possessor litigans facere potest. Ita
 Bald. in l. 2. C. ne lite pend. Io. de Milis in repertorio, in
 verbo litigiosa res. & Lancellotus in d. c. 4. nu. 528.
 Declaratur decimo non habere locum, quædo cessa-
 53 ret ratio, quia impeditur hæc alienatio. Nam tunc cessa-
 tante ratione impeditiva cessat impedimentum, & est contra.
 C. de nuptijs, vbi Bald. & Salic. & tradit Tirac. in tract.
 quò cessante causa cesset effectus, in prima parte, nu. 118.
 Declaratur vndecimo, vt locum non habeat quando
 54 lis mota est super inhabilitate personæ tantum. Nam
 tunc non impeditur rei alie. Ita Io. Baptista Ferretus in
 conf. 12. & in conf. 13. Mandosus in regula Cancellariæ,
 de nõ subrogandis litig. q. 13. quos secutus sum in d. cap.
 4. nu. 479. & atigi supra in 10. casu primi capitis.
 Secundus est effectus vitij litigiosi, vt interrumpatur
 55 prescriptio. Ita Bar. in l. vlt. ff. de litig. & in l. vlt. C. eo.
 & post Parisum & Rotam Rom. scribit Lancellotus in d.
 c. 4. nu. 510.
 Tertius est effectus, quod si possessor caderet à posses-
 56 sione, non possit eam recuperare. Ita Bar. in d. l. vltim.
 ff. de litig. & in l. vlt. C. eo. & ibid. Sal. Ang. in auth. de li-
 tigiosis. Lancellotus in d. c. 4. nu. 510. & Peregrinus in
 tract. de iure fisci, lib. 4. tit. 6. nu. 33.
 Quartus est effectus vitij litigiosi, quod annullatur
 57 instrumentum alienationis factæ, l. vlt. C. de litig. & tradit
 Lancellotus in d. c. 4. nu. 510. atque ita contractus
 redditur nullus, & is qui alienauit, suo iure adeo priua-
 tur, vt rem ipsam nequeat reddere. vt docuit Bart. in
 d. l. vlt. Dissentit tamen acuta ratione Peregrinus in d.
 tit. 6. nu. 29. Cæterum omninò cessat effectus iste, quan-
 58 do magna est dubitatio, an res effecta sit litigiosa, vel
 non. Nam tunc ob probabilem dubitationem cessat sus-
 pectio, quod per fraudem alienauerit, & ideo cessat pena
 annullationis contractus, & priuationis sui iuris. Ita
 respondit Crauet. in conf. 279. nu. 2. qui nu. 3. subiun-
 xit, hoc maxime procedere quando alienatio facta fuit
 publice, & palam. Quod ratione comprobauit ipse Cra-
 uetta, vt apud eum.
 Quintus est effectus vitij litigiosi, quod sententia la-

ta con-

59 contra alienantem, qui exequi poterit aduersus eius suc-
 cessorem. Ita Bar. in l. 1. §. si inter, ff. de litig. & in l. vlt.
 vbi etiam Sal. C. eo. Bar. in l. 2. in fi. C. eo. de litig. & in l. 1.
 col. 1. C. communi diuid. Abb. in ceclestia, nu. 10. vt li-
 te pend. Ruin. in conf. 34. nu. 12. lib. 5. Bero. in conf. 155.
 nu. 40. lib. 1. Natta in conf. 350. nu. 3. Capicius in decif.
 128. nu. 6. Soc. Jun. in conf. 92. lib. 3. Portius Imol. in cõ-
 sil. 172. Did. in lib. pract. q. c. 15. nu. 6. Andr. Gailius in
 lib. 1. practicarum obseruationum, obseru. 18. & Pere-
 grinus in d. tractatu de iure fisci, lib. 4. tit. 6. nu. 27.
 Sextus est effectus vitij litigiosi, quod privilegium su-
 60 per re ipsa litigiosa non valet. Ita Gailius in d. obser-
 uat. 18. in fine.
 Quartum est caput huius disputationis, quibus mo-
 dis, & causis vitium hoc litigiosi finitur atque extingua-
 61 tur, & primo quidem finitur transactione partium à
 lite discedentium, l. cum mota, C. de transact. vbi Bart.
 Dec. in l. 2. nu. 56. C. de eden. post Alexandrum ibid. Pe-
 regrinus in d. tit. 6. nu. 40. & Lancellotus in d. c. 4. nu.
 246. vbi declarat. Secundò finitur atque extinguitur vi-
 tium litigiosi renunciatione litis facta ab ipso actore.
 Ita Abbas in c. significauerunt, col. 3. de testibus. Dec. in
 d. l. 2. nu. 56. C. de litig. Crau. in confil. 279. col. 1. Ofa-
 scus in decif. 144. nu. 9. & Peregrinus in d. tit. 6. nu. 40.

F I N I S.



adductus text. l. postquam liti. C. de pacis, & copiosius
 Lancellotus in d. c. 4. nu. 242. vbi refert extensiones, &
 declarationes.
 Tertio extinguitur, atque finitur vitium litigiosi fini-
 ta atque perempta instantia causa. Ita Bar. in l. 1. §. si in-
 ter, ff. de litig. & in l. vlt. C. eo. vbi etiam Bal. & Sal. Iac.
 in l. 2. nu. 19. & ibid. Dec. nu. 59. C. de eden. & ibidem
 Rip. nu. 18. Guid. Papæ q. 37. Affl. et. in decif. 331. nu. 2.
 Franc. Balb. in tract. de præsc. part. 6. in 3. par. q. 4. nu.
 44. Crauet. in confil. 182. nu. 4. & in conf. 279. nu. 1. Pe-
 regrinus in d. tit. 6. nu. 39. & Hier. Gabr. in conf. 25. nu. 8.
 lib. 1. & his constat hanc esse opinionem magis receptam,
 & si Robertus Lancellotus in d. tract. de attentatis, in 1.
 part. c. 4. nu. 506. & nu. 508. duas alias opiniones com-
 memorat, & tandem nu. 510. vers. quid dicendum, no-
 nam à se excogitatum opinionem recedit, vt apud eum.
 Quarto finitur, atque extinguitur vitium litigiosi, la-
 ta sententia absolutoria pro reo conuento. Ita Bald. in
 confil. 391. apparet. in fin. lib. 3. Alb. in l. 1. col. 3. C. non
 liceat potentio. Bero. in conf. 187. nu. 26. lib. 3. & in con-
 sil. 54. nu. 18. lib. 3. Crau. in confil. 279. nu. 1. Peregrin-
 us in d. tit. 6. nu. 41. & Lancellotus in d. c. 4. nu. 213.
 qui deinde vsque ad nu. 243. recenset octo limitationes,
 quas non prosequor.